UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto iobe Chrysostomo ep[iscop]o. Cap[itulum]. xxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

futurū prenūciat. Rex ⁊ populus ad dn̄m con-
uertūntur: ſaccis induūtur: ieiunijs affligunt.
Miſericors deꝰ peccatorū penitētiā reſpexit:
ciuitatiq̄ꝫ pcēs ſentētiā reuocauit: vidēs ſe mē
dacem extitiſſe ionas turbat: vrbēq̄ꝫ egreſſus
contra deum conquerit. Quē deus vt confun-
deret ⁊ ſe indigna diſpoſitiōe miſericordē oſtē
deret afflictum feruore ſolis hedera ſubito na
ſcente ⁊ caput ꝓphete obūbrante ab eſtu refri-
gerauit: ⁊ ſequēti nocte iterū repente areſacta
cōtriſtauit. Et cū hederā exiccatā deflēret: au-
diuit a deo ꝙ iraſci non deberet: eo ꝙ tante ci-
uitatis excidio pepercisset. Si enim moleſte fe
rebat hederā areſactā: ⁊ deus moleſtius tuliſ-
ſet tātā vrbē ſubuerſam. Sicq̄ꝫ ionas pacatus
rediit a niniue. Proceſſu tamē temporis nini-
uite ad peiora peccata conuerſi ꝓphetia naum
ꝓphete admoniti ſunt. Qui nō curātes cōuer-
ti: eo ꝙ alias ionaꝫ falſo ſubuerſionē ciuitatis
premiſiſſe cognouerūt: irā dei tandē nō euaſe-
runt. Nā fluuius polus qui eā circūdabat vrbē:
inundauit: factoq̄ꝫ pariter terremotu: ignis de
celo emiſſus eam incendit. Sicq̄ꝫ vtroq̄ꝫ dilu-
uio aque ⁊ ignis pariter deleta eſt. Reuerſus
ergo ionas a ciuitate niniue ad terrā ſuam ire
erubuit: eo ꝙ in vaticinio niniuitarū mēdax ap
paruit. Sed tpe famis aſſumpta matre in cola
gentiū factꝰ eſt. Fame ṽo tranſacta: reuerſus
eſt ad terrā iuda: ⁊ mortua matre ſepeliuit cā
iuxta balanū delbore. Hic predixit ſignū euer-
ſionis hieruſalē: ꝙ cū viderint lapidē luctuoſe
clamantem: prope ſit finis. Et cum viderint in
hieruſalē gētes vniuerſas: tūc tota illa ciuitas
irrecuperabiliter euertet. Quieuit in pace tē-
pore ozie regis iuda. vi. kalē. februarij: ⁊ ſepul
tus eſt in ſpelunca vnius iudicis iſrael. Cuius
ſepulchrū monſtratur in vna vrbium geth: in vi
culo iuxta ſephorū. Hic vnus eſt ex numero. xij.
prophetarū qui eccleſiaſtici. xlix. in ſanctoꝝ pe
trum catalogo memorātur. Hec hieronymus ⁊
Joſephus in hiſtoria ſcolaſtica.

¶ De ſctō iohē Chryſoſtomo epō. Cap. xxvij.

Ohānes chryſoſtomuſ
quod latine os aureuꝫ
interpretatur epiſco-
pus conſtātinopolita-
nus ⁊ doctor grecorū
tempore archadij im-
peratoris floruit. Hic
natione antiochenꝰ fi-
lius ſecundi ⁊ anthure
nobiliū perſarum: diſcipulus ſophiſte libanij:
⁊ auditor andragatij philoſophi liberalibꝰ ar-
tibus annis puerilibus antiochie ſtuduit. De-
hinc defuncto patre romam veniēs cauſarum
orator extit: pauperibuſq̄ꝫ gratis patrocinium
exhibebat. Poſt hec relictis ſtudijs ſecularibꝰ
diuine ſcripture vacās annorum. xviij. omnes
ſacre pagine libros memoriter didicit: ⁊ ſan-
ctis intentus operibus ſeculo abrenunciauit.
Reuerſuſq̄ꝫ ad patriam cum ſancto baſilio in
quodam monte antiochie: proximo ſolitariā vi
tam duxit. Baſilio ṽo ceſareā eunte: iohannem
ſanctus Meletius antiochenus epiſcopus in
lectorē ⁊ poſtea in diaconū ordinauit. Quē eua
grius eius ſucceſſor ꝓceſſu tpis ad ſacerdotiū
ꝓmouit. Qui ſanctitate vite ⁊ claritate doctri-
ne ꝑficiēs diuinis ſtudijs intētus predicatio-
ni inſiſtebat: ⁊ mira opuſcula cōtinue exarabat:
famaq̄ꝫ eius ſapientie vndiq̄ꝫ perſonabat. Qui
etiā ꝓpter caſtitatis zelū ſeuerior habebat: et
feruori magis ꝙ̄ manſuetudini ſeruiens arro-
gans a neſcientibus putabat. Defuncto igitur
nectario conſtantinopolitane vrbis epō: cū de
ordinando preſule queſtio oriretur. Nouiſſime
fama eius comperta imperatoris archadij iuſ-
ſu: iohannes preſbyter ab antiochia vocatus
eps ordinatus eſt. Qui mox in ſui pōtificatus
initio cum vitam clericoꝝ corrigere voluit: oēs
in ſui odiū cōcitauit. Cūctiq̄ꝫ eū velut furioſuꝫ
⁊ ſuperbū declinabāt: ⁊ apud om̄es ei detrahe
bant: ⁊ quia nunq̄ cum alijs in mēſa cōmunica
re volebat. ¶ Reuera autē ille hoc ideo facie-
bat: quia propter nimiā abſtinentiā caput ⁊ ſto
machū ſepe dolebat: populus ṽo propter ſer-
mones quos in eccleſia faciebat: eū plurimū di-
ligebat paruipendēs quicquid contra eū emu-
li loquerent. Neceſſitatibus ṽo egenorū libera-
liter ꝓuidebat: ⁊ pluribus ad ſuſcipiēdos pau
peres hoſpitalibus erectis: de redditibus epi-
ſcopatus eiſdē miniſtrabat. ¶ Quadā die dū
epiſtolarū pauli expoſitioni intenderet: orauit
ad dn̄m: vt ſibi in ipſis plenū intellectū daret.
Cui viſibiliter apparuit beatus apoſtolꝰ: dicēs
ſe nō aliter in ſuis epiſtolis intellexiſſe: ꝙ̄ io-
hannes intelligebat: eūq̄ꝫ deoſculatꝰ diſparuit
quem etiā notarius eius probus: qui tūc actu
verba eiꝰ ſcribebat aſpexit: ⁊ ex ꝑ̄ſentia apoſto
lica totus contremuit. Cui iohānes eū poſt ſe
futurū epiſcopū cōſtātinopolitanū predixit: ſi
cut ⁊ rei euētus ꝓbauit. ¶ Eutropius impera-
toris ꝑ̄poſitus ⁊ cōſul volens ſe in quibuſdam
ad eccleſias cōfugientibus vindicare: ſtuduit:
vt lex ab imperatore de immunitate ad eccleſiā
confugientiū reuocaretur. Quod iohānes mo
leſte ferens: eum audacius increpauit. Et poſt
paucos dies eutropius imperatorē offendit: ⁊
ad eccleſiā fugit: quem epiſcopus latitātem ꝓ
palauit ⁊ duriſſime increpauit: ⁊ cū imperator
eductū de eccleſia decollauit: vñ et ex hoc epi-
ſcopus multorum odiū incurrit. Inſuꝑ etiā qꝫ
plures clericorum propter eorū diſſolutā vitā
pluribus cauſis depoſuit. ¶ Quidā ganias ge
nere celticus: cōſilio barbarꝰ: ſecta arrianꝰ: ma
giſter militum factus eſt. Hic imperatorē ro-
gauit: vt intra ciuitatē vnicam tm̄ ſuis eccleſiā
concederet. Quod cum imperator de hoc epm

interrogaſſet: vt ſic illius tyrannidem refrena-
ret: ⁊ ep̄s hoc modis oībus prohiberet. Gani
as noctu barbaros miſit: vt palatium cōcrema
rent. Quibus venientibus angelorum armato
rum ingens corpus habentium copioſa turba
apparuit: que illos protinus effugauit. Quod
dum ſequenti nocte iteratum eſſet. Ille cū ſu-
is tertio egreſſus miraculum vidit: ⁊ fugit: exi
ſtimans milites in die latere: ⁊ in nocte vrbem
cuſtodire: qui egreſſus ad thraciam exercitu cō
gregato cūcta in ſuburbanis vaſtabat. Impe-
rator ergo iohanni onus legationis impoſuit:
qui egreſſus adeo ſuis monitis ⁊ comminatio-
nibus gaiam exterruit: vt eius prouolutꝰ ge-
nibus veniam peteret: ⁊ confeſtim cū ſuis ab-
iret. ¶ Poſt hec cum eudoxia auguſta hortum
cuiuſdam vidue precioſis ⁊ vberibꝰ arboribus
conſitum imperiali viridario contiguum occu-
paſſet illaqꝫ ep̄o cōqueſta fuiſſet: iohes apđ im
patorē tantū inſtitit: ⁊ reginā hortū vidue red-
dere cōpulit: ꝓpter qđ ⁊ ipa cōtra iohānē indi
gnationē cōcepit. Preterea ſeuerianus gaba-
lien. ep̄us regine dilectus: quē iohānes ſuſpi-
catus eſt in hereſim ꝓlapſum fuiſſe ex quibuſ-
dam ſcripturis ſuſpectis: que hereſim ſapere
videbātur: a iohāne ep̄o vti hereticꝰ ⁊ blaſphe-
mus de ciuitate expulſus ē. Qđ auguſta cōpe-
riens nacta occaſione cōtra ep̄m: quaſi in eiꝰ de
ſpectū ꝑ familiares ſeueriani: mox illū a chal-
cedonia fecit euocari. Hinc iohānes accenſus
lingue vbertate: fecit ſermonē in populo cūcta
rum mulierū vituperatione plenū: qđ auguſta
velut iniuriā ſuā imperatori narrauit: dicēs ipiꝰ
magis eſſe cōtumeliā ꝙ ſuā. Qua de re geſtum
eſt: vt theophilus alexādrinus ep̄s: multos ſi-
mul ep̄oꝝ mouēs: ſuaſu imperatoris conſtātino-
politanā ſynodū celebraret: quaſi origenis li-
bros dānaturus. Cūqꝫ iohānes bis citatus et
timēs aíoꝝ impetuoſitatē: ep̄os illos velut ap-
ertos inimicos recuſaſſet: ⁊ generalē ſynodū fie-
ri petēs ꝯparere noluiſſet: dānauerūt eū nullo
alio culpātes: niſi q᷑ vocatꝰ noluit obedire. Sic
qꝫ iuſſu imperatoris oportuit eū dānatū in exiliū
deportari. Sꝫ cū iohānes nimiū a populo ama
retur: orta ſeditione in populo propter ipſum:
timens auguſta imperatori ſuaſit: vt Iohan-
nem ab exilio reuocaret: qui dudū renuēs: redi
re cōpulſus eſt ꝑplo ſibi cū cereis ⁊ lāpadibus
occurrēte. Reuerſuſqꝫ iohānes cū in cathedra
ſua reſidere nollet: ſꝫ ſolū ſimplicē ducere vitā
coactꝰ multa ꝑploꝝ inſtātia ſedē reſumpſit: et
vti primū ꝑdicare cepit. ¶ Eodē vo tp̄e ſtatua
argētea ad honorē eudoxie auguſte iuxta eccle
ſiā ſancte ſophie cōſtituta erat: vbi milites ⁊ ꝑ
ceres ludos publicos exercebant. Qđ cū iohā
nes fieri ꝓhiberet: auguſta ad ſui iniuriā repu
tabat: ⁊ cōtra ipm vt iterū celebraret ſynodus
procurabat. Hoc ſentiēs iohānes illā famoſiſ-
ſimā in eccleſia ꝓtulit homeliā: cuiꝰ initiū eſt.
Rurſus herodias vexatur ⁊c. Qđ factū ad iracū
diam plus concitauit eudoxiā. Et dum quidā
iohannē vellet occidere vt cōplaceret auguſte:
a ꝑplo eſt captus ⁊ iudicatꝰ: ſed a prefecto ne
occideretur: ereptꝰ eſt. Et illo die populus iohā-
nem viciſſim cuſtodiebat: ⁊ nocte domū eiꝰ ar-
matis muniebat. Suadēte igitur auguſta: ep̄i cō
ſtantinopolim cōuenerūt ⁊ eū in cōcilio dāna-
uerūt: nihil cōtra ipm inuenientes: niſi ex eo ſo-
lo: ꝙ poſt priorē depoſitionē ſine decreto con-
cilij in epiſcopali ſede reſidere preſumpſiſſet.
Propter qđ imperator iohannē in exiliū iterū duci
fecit: in quādā ciuitatē paruā barbaris vicinā:
vbi fines ſunt imperij romanoꝝ. Hoc aūt inno
cētius papa audiēs ⁊ moleſte ferēs: cōciliū in
ſede ap̄lica celebrauit: ⁊ iohānē inocētē ab exi
lio reuocauit. Qui reuocatus diē ſui obitꝰ ꝑdi-
xit: ⁊ ex labore itineris fatigatꝰ: anteꝙ perue-
niret ad ciuitatē lāguorē incurrit: ⁊ ſic poſt di-
es modicos in pace vitam finiuit. xviij. kalen.
octobris: quo defuncto grando vehemēs in cō
ſtantinopolim ⁊ circa ſuburbana deſcēdit: dicē
tibus cunctis hoc dei iudicio geſtum eſſe: eo ꝙ
iohānes iniuſte fuerat cōdēnatꝰ: quibꝰ fidē de
dit mors auguſte die decimanona ſubſecuta.
Theodoſius aūt iunior archadij filius: corpus
doctoris in regiam ciuitatem trāſtulit: ⁊ digno
honore tumulauit. vi. kalen. februarij. quo die
feſtū eiꝰ in grecoꝝ eccleſia celebratur. Obijt cir-
ca annos dn̄i. ccccxxx. ¶ Scripſit aūt hic vene
randus antiſtes ſuꝑ toto nouo ⁊ veteri teſtamē
to expoſitionū libros nonaginta. Commentari
os in mattheum diſtinctos ꝑ homelias. xc. Su
per iohanne homelias. lxxxviij. Super epiſto
lis Pauli libros ſingulos per ſermones diſtin
ctos. In epiſtola ad hebreos homelias. xxxiiij.
Super geneſi libros queſtionum. De laudibus
Pauli apoſtoli homelias. vij. Contra arriano-
rum hereſim fortiſſimos libros. Contra ſimo-
niacos. Contra martionem: Cerinthum: Ebio
nem: Artemonem: atqꝫ Photinum: qui eorū ſu-
ſcitauit hereſim. Contra Apollinarem librum
vnum. Contra manicheos inſigne volumē. Cō
tra omnes hereticos ſuꝑ parabolas ſalomonis
longum opus et elegans. Tractatum vnum in
thomam apoſtolum in quo aduerſus arrianos
fortiſſime diſputat. Super canticis cāticorum
quinquaginta duo. Item vitam ſancti Meletij
epiſcopi antiocheni. De veſtibus legalibus ſa
cerdotum ⁊ leuitarum: ⁊ de ornatu ſummi pō-
tificis: veteris teſtamenti volumen egregium.
De humilitate in lotione pedū tractatū. i. Cō-
tra eos qui ad miſſas non occurrūt tractatū. i.
De virginitate De patiētia. De fide. De penitē
tia. De cōfeſſiōe. De elemoſyna tractatꝰ plures.
Homelias ⁊ ſermones per totā quadrageſimā.
Sermonē declamatoriū in decollatiōe iohānis
baptiſte. Item in laudē beate virginis ſermo-
nes mira ſuauitate fragrantes. Aduerſus ara-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bes de reſurrectione mortuorū qui dicūt aīas mori cū corpore lib.ij. Itē cōtra iudeos lib.i. Aduerſus gentes in modum dialogi grande ꝛ inſigne volumen. De ordine ꝛ officio ſacerdotis librū.i. Hymnos ꝛ ſermōes ꝛ alia plura metro edidit apud grecos. Et ꝗꝗ latino fulſerit eloq̄o: plurimū tamē ſcripſit in greco. Hec ex hieronymo de illuſtribꝰ: ꝛ ex hiſtoria tripartita.

¶ De ſancto Johanne preſbytero. Capitulū.xxviij.

JOhannes preſbyter antiochenus ſanctitate ꝛ ſapiētia inſigniter fulſit. Qui ex grāmatico et declamatore preſbyter factus cōpoſuit librū aduerſus eos qui dicunt xp̄m in vnā tantū ſubſtantiam adorandū: nec acquieſcunt duas in xp̄o confitendas eſſe naturas. Impugnauit etiā nōnullas cyrilli alexādrini ep̄i ſententias incaute aduerſus neſtoriū ꝓlatas: que thunotianis videntur preſtare robur ꝛ adhibere fomenta. Claruit ſub theodoſij ſenioris tēpore. Hec hieronymus de illuſtribus viris.

¶ De ſancta Paula vidua. Cap.xxix.

PAula vidua nobiliſſima romanoꝝ matrona fuit: cuiꝰ vitam hieronymus ſcripſit. Que nobili genere: ſed nobilior ſanctitate. Potens quondā diuitijs: ſed xp̄i ſanctitate inſignior: omēs ſuos pauperes pauperior ipa dimiſit ꝛ humiles humilitate ſuperauit. Hec.vi. edidit liberos,ſ. bleſillam ſuper cuius morte eā hieronymus conſolatus eſt. Paulinā ſanctā: ꝛ admirabilē virū ꝛ ꝑpoſitum rerū ſuarū pammachiū ad quē ſuper eius obitu idē doctor paruū libellū edidit. Euſtochiū que in ſanctis locis virginitatis et eccl'ie monile precioſiſſimū fuit. Rufināqꝫ in matris funere pium matris animū cōſternauit: ꝛ theochium puerū: poſt quē parere deſijt. Hec poſt viri obitum in ſancta viduitate permanſit ꝛ ad dei ſeruitium ſe cōuertit: omneſqꝫ ſui diuitias in pauperes erogauit. Deinde paulini epiſcopi antiocheni et epiphanij epiſcopi ſalamine qui romā venerant accenſa virtutibus: patriam deſerere cogitabat. Deſcendenſqꝫ ad portum: fratre: cognatis affinibꝰ: ꝛ qđ maius eſt theochio puero ac rufina iam nubile: proſequentibus ꝛ receſſum paule deplorantibus. Hec contra iura nature non patiebaẗ plena fide ꝛ amorem filiorū maiore in deo amore contēnens: in ſola euſtochio que propoſiti ꝛ nauigationis comes erat acquieuerat. Sicqꝫ relicto ſeculo ad ſyriā nauigauit. Cūqꝫ ad loca ſancta veniſſet: ꝛ proconſul paleſtine: qui eius familiā optime nouerat: ei pretorium preparaſſet: humilē cellam elegit: cūctaqꝫ loca ſcā deuote luſtrauit. Proſtrata ante crucem quaſi pendentem dominū adorabat: ingreſſa reſurrectionis ſepulchrum oſculabaẗ lapidē ꝛ corporis locū: lachrymis ꝛ ſuſpirijs aq̄s fidei ore lābebat. ¶ Deinde perrexit bethleē et ſpecū ſaluatoris ingreſſa etiam xp̄m natum ex virgine: et cetera infantie rudimēta oculis corporeis ſe vidiſſe teſtata eſt: vbi ꝛ requiē habitatiōis ſibi elegit: ꝛ cū filia euſtochio conſtructo locello ſub beati hieronymi diſciplina: ꝛ cōgregatis ꝟginibꝰ deo ſeruire cepit. Tātaqꝫ ſe humiliare decrevit: vt iā nō matronarū ꝑma: ſed ancillarū vltima videreẗ. Poſt viri mortē vſqꝫ ad eiꝰ obitū nūꝗ cū viro comedit: balnea nūꝗ adijt: mollia lectuli ſtrata etiā in grauiſſima febre non habuit: ſed ſuꝑ humū ſtratis cilitijs iacebat. Panē ſolū ꝛ aquam poſt veſperas deguſtabat parato legumina cōedebat: in qbꝰ diebꝰ feſtiuis exceptis: vix oleū apponebat. Caſtitatē aūt in oībꝰ pudiciſſimā precēdebat. In largiēdo profuſior hoc habere voti aiebat: vt vnicū nūmū filie moriēs nō dimitteret: ꝛ in funere ſuo aliena ſindone tegereẗ: ꝟgines q̄s ex diuerſis prouincijs ꝯgregauerat in tres turmas ꝛ monaſteria diuiſit: ita duntaxat vt in ope ꝛ cibis ſeparate: pſalmis ꝛ orōnibꝰ iūgerentur. Cūqꝫ alijs languētibus large ꝓberet: ſi quā ipa egrotaſſet ſibi nō indulgebat. Cum autem ſemel mēſe iulio grauiꝰ egrotaret: ꝛ medici cōſulerēt vino tenui ſibi opus eſſe: ne aquā bibēs in hydropiſim verteret. Sāctuſqꝫ epiphanius ep̄us hauſtū vini eidē ſuaderet: nō ſolū acquieſcere noluit: ſed pene hoīem ſenē: vt nūꝗ vinū deguſtaret: induxit. Scripturas aūt ſacras memoriter retinebat: ꝛ earum ſtudio aſſidue vacabat: ita etiā vt hebraicā linguā ꝑfecte diſceret: ꝛ pſalmos hebraice decātaret. Sicqꝫ poſt lōgi laboris curſum oībus referta virtutibꝰ grauiſſimo depſſa lāguore ad extrema vite deueniens: inter pſalmodie recitationē vltimū ſpiritū dn̄o cōmēdauit. Cuius obitu coperto monachi oēs ꝛ virgines de eoꝝ cellulis ad ipſius funera percurrentes cū lachrymarum effuſione piarū ꝛ hymnorum ſacrorū modulatione ſanctas eius exeq̄as celebrarūt: corpuſqꝫ apđ bethleē cōdigna veneratione tumularūt. Cuiꝰ ꝯgregationē ſancta eius filia ꝛ virgo euſtochiū poſt matris obitū laudabiliter gubernauit. Quieuit autem ſancta paula in dn̄o.vi. kalen. februarij.

¶ De ſcō Paulo papa ꝛ cōfeſſore. Cap.xxx.

PAulus papa ꝛ ꝯfeſſor ſtephano pape ſecūdo in pōtificatu romano ſucceſſit: qui natione romanus fuit ex patre cōſtantino de regione vialata: ſeditqꝫ annos.x. ꝛ mēſem vnū. Hic minor germanꝰ ſtephani pontificis predeceſſoris ſui ab ineunte

ētate in lateraneñ. palatio pro eruditione ec-
cleſiaſtice diſcipline ab eodē fratre ſuo traditꝰ
eſt tēpore gregorij ſecūdi pape. Et poſtmoduꝫ
a zacharia papa in diaconatus ordinē pariter
cum germano ſuo promotus eſt. Sed dum ideꝫ
frater ⁊ anteceſſor pontifex ad vite extremum
pertingeret: populus romanus diuiſus eſt: et
alij cum theophilato archidiacono tenebant:
alij ꝟo eidem paulo diacono adherebant. Dum
ꝟo de hac luce pontifex idē migraſſet: cōtinuo
congregatio populi que cum eodē paulo vali-
dior erat: eum in pontificem elegerunt: ⁊ ita in
apoſtolicā ſedem ordinatus eſt tēporibus con-
ſtantini ⁊ leonis imperatorum. Hic conſtituit
diuina officia celebrari in quadrageſima ante
ſextam. Hic congregatis ſacerdotibus ⁊ clero
ac populo romane vrbis corpus beate petronil
le de loco vbi quieſcebat extra portam via apia
abſtulit vna cum ſarcophago marmoreo in quo
legebaꝛ titulus manu propria beati petri apo-
ſtoli ſculptꝰ. Auree petronille dulciſſime filie:
quod plauſtro impoſitum intra vrbem in beati
petri eccleſia collocauit. Hic fuit fortiſſimus
fidei defenſor: vnde ſepius nuncios cum litte-
ris ammonitorijs prefatis auguſtis direxit: ꝓ
reſtituendis ⁊ in primo ſtatu confirmādis ſa-
cratis imaginibus xp̄i ⁊ dei genitricis atqꝫ ſan
ctorꝝ omniū q̄s illi cōburere faciebāt. Hic mul
tas eccl'ias reſtaurauit: ꝙplures etiā nouiter
edificauit: ⁊ nōnullas mirifice decorauit. Fuit
eciā mitiſſimus ⁊ miſericors: nulli malū pro ma
lo reddens: ſed omnibus euꝫ offendētibus mi
ſericorditer indulgens. Hic cum paucis fami-
liaribus ſuis nocturno ſilentio per cellas pau-
perum ⁊ infirmorꝝ in lectis decumbentium cir
cuibat: eis neceſſaria miniſtrando: ſed ⁊ carce-
res viſitās per eadem noctis ſecreta retruſos
a mortis periculis eruebat: ⁊ obligatos pro de
bitis redimebat. Viduis ⁊ pupillis omnibuſqꝫ
indigentibus opē ferens: ſicqꝫ ſanctis pollens
virtutibus apud ſanctū paulū quieuit vbi etiā
ſepultus eſt. vi. kalen. februarij. Sed poſt dies
modicos corpus eius a romanis cum honore
ad ſanctū petrū delatū eſt: vbi ⁊ miraculis cla-
ret: ⁊ ceſſauit epatus annū vnū ⁊ menſem vnū.

¶ De ſancto Adiuto abbate. Cap. xxxi.

Adiutus abbas prio mo-
nachꝰ mimateñ.
poſtea abbas carnoteñ. pagi
quē porteſum vocāt deo proui
dēte factꝰ ē: q̄ laudabilibꝰ ope
ribus vitā ducēs: diſſolutionē
corporis ſuis predixit: ⁊ dece-
dens aurelianis humatꝰ eſt: ſupra cuius corpꝰ
fideles ciues eccleſiam cōſtruxerunt: quā cum
die anniuerſarij ſui feſti vniuerſus populus ce-
leberrime viſitaſſent: vnus ex ciuibus contēpta
miſſa ac cepto raſtro vineā paſtinabat increpa-
tuſqꝫ a quibuſdā cur ad eccleſiam ſancti non
accederet. Reſpondit ꝙ etiam adiutus cultor
vinee fuerat. Moxqꝫ ſibi manus retorta ⁊ fa-
cies ad tergum verſa eſt in admirātium ſtupo-
rem: qui ad eccleſiā ſancti cōfugit: ⁊ in teſtimo-
niū ſanctitatis beati corporis diebus aliq̄bus ſic
manēs: vt a cūctis videri poſſet: tandē peccatū
confitens ⁊ veniā petens: oranſqꝫ ad ſancti tu-
mulū poſt dies modicos liberatus eſt: huiꝰ ſan
cti feſtum agitur. vi. kalen. februarij.

¶ De ſancto Mauro abbate. Cap. xxxij.

Maurus abbas mo-
naſterij bobaceñ. vir fuit mira
ſanctitate cōſpicuus: cuiꝰ vitaꝫ
virtutibus plenam: vir illuſtris
ac patritiꝰ diuanus ſcribit: quā
tamen hactenus nuſqꝫ valui re-
perire: qui ⁊ in chriſto pauſauit. vi. kalē. februa
rij: vt Ado teſtatur.

¶ De ſancta Agnete ſecūdo. Cap. xxxiij.

Agnes ſecundo die
octaua ab eiꝰ paſſione ab eccle-
ſia celebraꝛ: non quidē ꝑ modū
octaue: ſed quaſi ꝓ feſti repeti-
tione: ⁊ hoc ꝓpter quoddaꝫ vi-
ſionis miraculū: quod apparuit
parētibus agnetis virginis ipa die: vt Ambro-
ſius ſcribit. Nam cum diebꝰ pluribus parentes
beate agnetis ad eius tumulū cuꝫ orationibus
vigilarent: die octauo medie noctis ſilentio: vi-
derunt choruꝫ virginū veſtibus aureis indutū:
cū immēſo lumine tranſeuntē. Inter q̄s vident
beataꝫ agnetē ſimili veſte fulgentē: ⁊ a dextris
eiꝰ agnū niue candidiore. Et duꝫ hec videntes
obſtupeſcerēt: rogat agnes ceteras ꝟgines gra
dum figere. Ipſaqꝫ ſtans parētes cepit admo-
nere: ne illam quaſi mortuā deflerent: ſed eius
potius glorie ꝯgauderēt: eo ꝙ cū ſanctis virgi
nibꝰ lucidas ſedes accepat. Illicqꝫ in celeſtibꝰ
iūcta erat quē in terris poſita tota intētione di
lexerat. His dictis viſio euanuit: ⁊ societas pa-
rentum conſolationē recepit: viſionēqꝫ publice
enarrauit. Et idcirco feſtū agnetis ſecundo ab
eccleſia inſtitutū eſt. v. kalen. februarij.

¶ De ſancta Conſtantia ꝟgine. Cap. xxxiiij.

Conſtātia virgo: fi-
lia cōſtātini imperatoris fuit: que
lepra grauiſſima laborās: tātis
erat obſeſſa vulneribus: vt a ca-
pite vſqꝫ ad pedes nulla mēbro
rum pars libera permāſiſſet. Que cuꝫ audiſſet
qualiter beata agnes parētibꝰ apparuerat (vt
ſuperius dictū eſt) ⁊ qualiter infinitis miracu
lis coruſcabat: accepto conſilio ⁊ ſpe recuperā
de ſanitatis: venit ad tumulū virginis nocte: et
licꝫ pagana: mente xp̄i credula: preces ad dn̄m
fideliter effundebat: vbi dū in oratione ꝑſiſteret: